

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 469. Quid sit purgatio vulgaris, & quotuplex olim fuerit in usu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](#)

2. Resp. Ad secundum : si in purgatione sibi indicia deficiat infamatus , vel quia jurare noluit , vel quia compurgatores idoneos adhibere neglexit , aut quia nulli fidunt , vel nolunt pro illo facere jumentum credulitatis , eò quod propter illius malam famam non credant illum verum jurare , multoque magis si in purgatione perjurium committerit , tanquam de crimine convictus sit puniendus . *cit. c. inter §. fin. c. de hoc. & c. infamatum. de Simon.* eò quod præsumptio verisimilis delicti orta ex infamia rei , eo in purgatione deficientem transit in violentiam , vi cuius judex procedere potest ad sententiam , & infligere penam , saltem extraordinariam , & iuxta aliquos eriam ordinariam , Menoch . *L. 5. præsump. 41. n. 3. Farin. pr. crim. q. 86. n. 5.* circa quod postremum notandum ex Diaz . apud Pith . b. t. n. 37. clericum propter defectum in purgatione commissum degradatum , & curia sæculari traditum non posse à Judice sæculari pena ordinariâ criminis , quâ laicus convictus de eo delicto puniretur , puniri , eò quod clericus non verè , sed solùm interpretativè sit convictus de illo crimen , pro quo jure civili non imponitur pena ordinaria , nisi claris probationibus , vel propria confessione sit convictus , exceptâ heresi . Pith . *I. c.*

Quæst. 468. An & quando accusatus semel de criminis peractâ desuper legitime purgatione de eodem denuo accusari possit ?

R Esp. Ordinariè & regulariter id fieri non posse , tum quia quætere de eodem ejusdem ho-

minis delicto est contra textum . *c. licet. ff. nante;* *campones &c. tum quia jusjurandum non minoris auctoritatis est quam res judicata.* *L. jusjurandum. ff. de jurejur. Gl. in c. Mennam.* Host. in c. licet. b. t. num. 6. Dixi : ordinariæ loquendo , nam responsi plures patitur limitationes , ac primò quidem id fieri potest , si peractâ purgatione , concurrentibus novis indiciis , nova infamia suborta , vel accusator adest . Abb. in c. ex tuarum . b. t. num. 5. Item , si quis suam aut suorum injuriam prosecutur . *L. si cui. §. 2. ff. de accusat. vel ostendar infamatum purgando se pejerat.* *L. admonendi. ff. eod.* aut priorem accusatorem fuisse prævaricatum . *L. prævaricationis. §. 1. de prævaricat.* Goffred. in *L. fin. C. de rebus cred.* Host. in cit. c. fin. num. 6. & ita quod ad has limitationes omnes , Pith . b. t. num. 36. Et hæc de purgatione in canonica dicta sufficiant , eò quod , et si in officio inquisitiones adhuc vigere videatur , extra illud tamē multum in defuerudinem abisse hodiecum notetur , præsertim quod ad Clericos & Judices ecclesiasticos , etiam ubi ii gravi infamia & vehementi suspicione criminum laborant , quod Judicum illorum repeditati & negligentiæ adscribit Pith . b. t. num. 39. vel quia , ut Diaz . in præl. crim. canon. c. 152. num. 5. modernis temporibus difficulter inveniantur idonei compurgatores , dum viri probi videntes corruptionem hujus temporis , & statu cleralis deformationem , nisi bene notam habeant clerici purgandi vitam , nolint subire onus compurgatorum .

TITULUS XXXV.

De Purgatione Vulgari.

Quæst. 469. Quid sit purgatio vulgaris , & quotuplex fuerit olim in usu ?

R Esp. Purgatio vulgaris sic dicta , quod superstitione & moribus vulgi ut plurimum introducta , nulloque jure firmata , pro temporum gentiumque ac rituum varietate varia fuit olim , & præter monachiam seu singulare certamen duorum , quo de crimine accusatus cum accusatore etiætate , viribus , armis & rūmque tractandorum peritiam inter se dispares , innocentia tamen præsidio confisi congregebatur , ita ut in eo victimas haberetur pro reo , vicitor pro innocentie . Reinaud . de calum . f. 3. c. 2. q. 4. ratio p̄srgandi se ferè triplex fuit , nimirum per ignem , aquam ferventem , & aquam frigidam . Gonz. in c. fin. b. t. num. 5. Reinaud . l. c. num. 5. per ignem quidem , dum criminis insimulatus vel alias de conspectus rogum subibat , vel prunas aut vomerem aliudve ferrum ignitum & candens manus contrectabat , vel pedibus calcabat , indeque læsus pro convicto habebatur . Per aquam ferventem seu bullientem , in quam accusatus vel infamatus immittens brachium , si omnino illæsum extrahebat , habebatur innocens , præsertim ubi adhiberentur exorcismi & orationes . Gonz. l. c. num. 6. per aquam frigidam certo ritu consecratam , in quam purgandus manu dextrâ ad pedem sinistrum , & pede sinistro ad dextram alligato immislus , si mergeretur , insons , si supernataret reus credebat & declarabatur , qui modus potissimum adhibebatur sagis , & hodiecum quandoque adhibetur à Judicibus aliqui-

bus illicitè sagis ad illam probam provocantibus . Præter quos modos purgandi se fuit quoque olim usitatus frequenter per celebrationem missa & somptionem Eucharistie , de quo Concilium Wormatiense relatum in c. sepe . 2. q. 3. ubi staruitur , ut si fiant furta in monasterio , & ea committentes ignorentur , missa ab Abbe celebretur , vel ab alio ejus iussu , quâ finitâ , omnes Fratres communicent dicentes : Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie .

Quæst. 470. An istiusmodi modis purgandi à criminis sint aut fuerint liciti ?

R Esp. Primo in genere : tametsi olim fuerint , qui illos honestos , & Christianis valde congruentes pronunciavit & propagavit , hodiecum tamen cum D. Th. 2. 2. q. 9. f. a. 8. ad 3. Suar. de irreligio . c. 3. num. 8. Leff. L. 2. de f. & f. c. 45. num. 3. passim tanquam illiciti rejiciuntur à Theologis & Canonistis alicuius nominis , & ab ipsis S. S. Canonibus tanquam superstitionis , præsumptuosi , quin & à vulgo instinctu diaboli inventi & industi reprobantur . c. Mennam . §. fin. c. confusus . 2. q. 5. c. sententiam . ne clerici vel monach. c. ex tuarum . de purg. can. & c. fin. b. t. cùm , præterquam gentilitatis titus redoleant , tentationem Dei continere videantur , dum ad ejus extraordinariam providentiam & miraculum per eos temere recurrunt : unde & sepe in iis innocentibus succumbunt & puniuntur , & nocentes casu , fraude vel occultâ dæmonis cooperatione innocentibus declarantur . c. 2. b. t. Host. in Sum. b. t. num. 1. f. 2. Gonz. c. fin.